Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift

peccatū consummatur in opere. Prius namq; latens culpa agitur: postmodū ut ēiam ante oculos hominū. sine confusione reatus aperte. de hinc ē in consuetudinē ducit. ad extremū quoq; uel falsę spei seductionib. uel obstinatione misere desperationis enutrit. Hos itaq; peccati modos qui uel in corde latent fiunt. uel patent in opere p petrant. beatus iob considerat. ē humanū genus in quot peccatōr gradib sit lapsum. deplorat dicens. Quare non in uulua mortuus sum. egressus exutero non statim peri. cur exceptus genib. cur lactatus uberib. Prima enim uulua ēceptionis fuit lingua malę suggestionis. s; peccator in uulua mortet. si moriturū se homo in ipsa suggestione cognoscerit. Qui tam exutero egressus ē. quia postq in peccato eum suggerens lingua concepit. foris mox ēiā delectatio rapuit. Post egressionē ut exceptus ē genib. quia cum ad delectationē carnis p dit. nimirū culpā p consensionē spis subiectis cunctis sensib quasi suppositis genib consummauit. S; genib exceptus. ēiam ē uberib lactatus. In consensu enim culpę ad dictis spis sensib multa cassę fiducię argumenta subfecuta sunt. quę natā in peccato animā uirulento lacte nutrierit.